

1254. 4. Aug:

Ca. Ms. Arch. Cap: Bloensis 713.

Litera Semovithi ducis Mazovia super  
facultate locandi oppida in bonis ecclesie  
Blocensis, cum concessione generali iuris  
Theutonici et libertatione ab omni servitute

244

Semovithus Dei gratia dux Mazovia, omnibus ad  
quos presentes literae pervenerint, salutem et omne  
suam bonam voluntatem. Certum teneat vestra  
discretio, quod nos de communi consensu baro-  
num nostrorum, approbavimus liberaliter, et ap-  
probavimus omnem illam libertatem, quam domi-  
nus Blocensis episcopus promiserit, et literis su-  
is, appensione sui sigilli roboratis firmaverit,  
volentibus perpetuo iure ab eo recipere villas, fora,  
burgos, seu etiam civitates institueri in praediis ec-  
clesiae Blocensis. Accedant itaque securi hospites, de  
quacunque natione ad incolendas terras dicti episco-  
patus, scientes quod omni servitute ab eis relegata,  
gaudebunt pleno iure Theutonico, cuiuscunque provin-  
ciae vel civitatis, prout ipsimet elegerint, et cum ipso  
episcopo duaxerint approbandum, et nos illa iura, pa-  
cta seu conditiones inter ipsos utrinque collaudatas,  
benigno favore prosequemur, et domino annuente  
observabimus, et inviolabiliter observari faciemus,  
nostrorum scriptorum super hoc conficiendorum liber-  
tati concessione eadem roborantes. Datum in Blosk  
anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesi-  
mo quarto. In festo sancti Dominici

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.